

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 4342

**Auteur(s) :** Guillaume de Saint-Pancrace [prêtre]

**Bénéficiaire(s) :** La Lucerne-d'Outremer, Sainte-Trinité de La Lucerne (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1276, juillet

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Maître Guillaume de Saint-Pancrace, prêtre, recteur de l'église Saint-Martin de « Doon », fils d'Hugues, chevalier décédé, donne en perpétuelle aumône à l'abbaye et aux chanoines de Sainte-Trinité de La Lucerne une rente annuelle à percevoir de la main de Robert de « Genesteis » de quatre pièces de terre qu'il tenait de Guillaume dans la paroisse de Saint-Pierre de « Belleria ».

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Luzerne, n° CXXVI, p. 109.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego magister Guillermus de Sancto Pancracio, presbiter, rector eglesie Sancti Martini Doon, filius Hugonis de Sancto Pancracio, militis defuncti, dedi et consessi Deo et abbatie Sancte Trinitatis de Lucerna et religiosis canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute anime Thome de Sancto Pancracio, militis, fratris mei primogeniti, et similiter pro remedio anime mee et predecessorum et successorum meorum, in puram, perpetuam, liberam et omnino quietam elemosinam, unum quarterium et duas partes unius boisselli frumenti annui redditus percipiendum annuatim, ad festum Sancti Michaelis, ad mensuram de Cerenciis, et unum panem et unam gallinam ad Natalle Domini per manum Roberti de Genesteis et heredum suorum, cum hommagio et omni alio jure et dominio que habebam et habere poteram cum predicto Roberto, in quatuor peciis terre quas de me tenebat in parrochia Sancti Petri de Belleria sitis, videlicet in hiis locis : quedam pecia jungitur, ex uno latere, terre Petri dicti Benedicti et, ex uno capite, butat terre filiarum Guillermi dicti Benedicti et, ex altero capite et uno latere, jungitur terre familie Ami de Genesto ; altera pecia jungitur, ex uno capite et uno latere, terre Johannis Le Novel et, ex alio capite, butat mesnagio ejusdem Johannis Le Novel ; tercia pecia jungitur, ex uno latere, terre Radulphi Ansgot et, ex altero, terre Sauve dicti Regis et butat, ex uno capite, vie que ducit ad monasterium de Belleria ; quarta pecia jungitur undique terre Roberti de Genesteis. Et sciendum est quod licebit de cetero predictis canonicis suam plenariam justiciam exercere in supradictis terris et in tenentibus illas, pro supradictis juribus et redditibus habendis libere, pacifice et quiete, ad terminos supradictos, sine impedimento et sine reclamacione mei vel heredum meorum. Et ego et heredes mei predictis abbacie et canonicis tenemur omnia supradicta garantizare et, pro posse nostro, deffendere contra omnes vel alibi in propria hereditate nostra, si necesse fuerit, valore ad valorem competenter excambiare. Quod ut firmum et stabile perpetuis

temporibus conservetur, cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno Domini M CC septuagesimo sexto, mense julio.